

# METHODVS

AD OBERTVM

ORTENSI-

V M,

DE BENEFICIIS,

*In libros quatuor diuisa.*

ΤῶΝ ΠΡΩΤΩΝ. I

De Acquirendo beneficio. II

De Abalienando, & amittendo, uel contrà. III

De Iudicijs ad beneficia pertinentibus. IIII

EGVINAR. BARONE IVRE.

CONS. LEONEN. AVTORE.

*Quibus ea que Ortensius dispersa, & defunctoriè scripta reliquerat, primum colligit, & conficit in ordinem: deinde post quid conueniat, uel contrà, inter mores Gallicanos, & Langobardicos, in singulos Methodi locos conijcit.*

VIRTUTE DVCE,



COMITE FORTVNA.

LVGDVNI APVD SEB.

GRYPHIVM,

M. D. XLIX.

SPECTABILIVIRO  
IOAN. BERTRANDO PER  
FRANCIAM ET BRITAN  
NIAM CELTICAM PRAE  
PECTORAE  
TORIO  
EGVIN. BARO IVRE  
CONSULVS SAL.



**C**um nuper, vir spectabilis, & temporis, & loci  
naclus opportunitatem, ex Biturigum academia in  
aulam aduolassent, ut Commentarios meos bipertitos  
ad primam Digestorum partem Christianissimo Regi  
Henrico huius nominis secundo, manibus meis offer-  
rem: tu mihi praesto suffragator adiuisti, & pro ea,  
qua in domo Regia uales, auctoritate, illico ad eius maiestatem introdu-  
xisti, non sine honorifica meorum laborum commendatione. Quod bene-  
ficium in me tuum, cum apud animum tacitus reputarem, quae ratione  
potissimum pensare quodamtenus possim: statim in mentem uenit huius  
Methodi ad Oberium Ortensium, quam superiore anno in schola dicta-  
ueram, & in aduersarijs aliquanto expositiorem, adhuc penes me suppri-  
mebam. Eam tuo nomini hac epistola consecro, unaq; cum ijs commen-  
tarijs, quos hoc ipso anno in Consuetudines Feudorum eiusdem Ortensij  
conscripsimus; in tuam fidem, ac clientelam consero: nisi tu forte patro-  
cinium eius ob id suscipere recuses, quod Ortensius Langobardus mores  
beneficiorum barbarè conscriptos, suis dimtaxat reliquisse uideri possit:  
quodque nihil ad Gallorum Remp. qui uel proprijs moribus, uel Regum  
suorum legibus, & iure Romano regantur, spectare putes. Equidem ad  
orationem, ac stylum quod attinet, Ortensium existimo, ius beneficio-  
rum ad nobilitatem Latine ferè suo seculo nescientem, Latinis uerbis ple-  
runque, sed Langobardica, uel Gallica phrasi (si coniuuncta spectemus)  
accommodare uoluisse: ut non solum homines docti, & in iure Romano-  
rum uersati, sed Nobiles & Domini, & Beneficarij, quorum maxime  
interesset, suae interprete perciperent. Cuius ego consilium quodamtenus  
etiam secutus sum in hac Methodo, sed alia quadam uia seculo nostro  
conueniente. Nam aequabili primum, ac temperato orationis Latine ge-  
nere, quo in docendo Galli ferè hoc seculo uti solent, ubique usus: uerbis

cum iniquior Ortenſio uſus ſit, non impare Franci beneficia mancipant,  
 ſed iura dominica, quae uerſe Redempcionalia, Venditionalia, Lauilatina,  
 Quintuon, Subquintuonque deſignatiua appellant, & dominis beneficiarijs, aut  
 qui ab his acquirunt, perſistant: & emptores in ſidem dominicam ſe con-  
 ferunt. Quid quod redemptio linearis, & dominica beneficij, & hære-  
 dij cuiuſuis alienant, ex hoc more proſeſta eſt? Quid quod eccleſia ex eo-  
 dem iure cogatur acquiſitam beneficium emancipare? Quid quod pro ſub-  
 beneficio, ſine fraude dare liceat? Quid quod alienare agnatis, & re-  
 ſutare liberum ſit ex hoc iure, citra redemptionis neceſſitatem? Ex iure  
 Langobardico primitum uenit, ut dominus fructus ſuos ſuocet, ſi in ſta-  
 tu renouatio non petatur, & fidelitatis inſtitutum de more detur. Ex  
 more Langobardico qui ſidem domino dedit, inueſtitus beneficio paterno  
 ſingitur: in dua uxor, tertiam ſucluum, uel aliam portionem,  
 quoddam uinit, apud Gallos lucratur: uni dumtaxat ex dominis commu-  
 nis beneficij, fidelitatem preſtat, & facit obſequiam beneficiarius: pa-  
 res ciuiliam, apud quosdam iuriſdictionem exercent, profeſſis religionem  
 monachis, cognati proximi ſuccedunt, ipſi nulli ſuccedunt: preſcriptio  
 ſola longiſſimi temporis, apud nos ſere recepta eſt: impuberes nec ipſi ſidem  
 dare coguntur dominis, nec pro his qua res eorum adminiſtrant: in com-  
 miſſum cadit beneficium, ſi ſui & beneficij eliens faciat controuerſiam,  
 aut in dominam ſummam iuriſdictionem habentem, atrocioſam noxam  
 noccat: qua maieſtatem imminuit, Regi omnia tam beneficia, quam me-  
 liore iure poſſeſſa Alaudia, quae appellantur, committit: dominus benefi-  
 ciarijs ius dicit: beneficia nobiliora, ut Ducatus, & Comitatus, indi-  
 uia ex eodem iure habentur: inter nobiles, ſingularia certamina Reges  
 permittunt: propria haeredia liberorum, ad parentes non aſcendunt. Quid  
 opus eſt pluribus? Circuſpiciamus omnes Galliarum regiones, diuerſas  
 municipiorum, & prouinciarum leges, morum uarietates de beneficijs:  
 omnia ex hiſce diuerſis apud Ortenſium Langobardorum moribus, &  
 Principum conſtitutionibus, in Franci ditionem perducta uidebimus. Neq;  
 ſolum ius beneficiorum ab Obert. Ortenſio, ſed uerba etiam uernacula,  
 opinor, mutuati ſumus: ueluti ſcudum pro beneficio, Vaſallum pro benefi-  
 ciario, Marchionem pro Duce limitaneo, Fidelem pro ſubieſto iuriſdi-  
 ctioni, Dominicum pro ſoli proprietate, Capitaneum pro Duce militum,  
 Alaudium pro pradio immuni, & optimo iure poſſeſſo, Regalia pro ijs  
 quae Regi ſpecialiter attributa ſunt, Curtem pro beneficio dominante, &  
 curia dominica, Padagium pro ueſtigali itinerum, &c. Item Inueſtitu-

THE LIBRARY OF THE  
UNIVERSITY OF TORONTO  
PRINTED AND BOUND BY  
THE UNIVERSITY OF TORONTO  
LIBRARY

